

ad personam filij absolute. **S**er vero sequentes per comparationem ad corpus et verum quod traxit de uirgine. Et est iste. Credo in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum. Hunc articulum posuit Andreas frater Symonis petri tunc et inter apostolos primum fuit qui predicauit Iesum spiritu in fratri suo Iohanne. Inuenimus messiaz qui interpretatur Christus. Ad hunc articulum reducuntur omnia que ad personam filij pertinent in diuinis ut dicitur **S**igni. Per huius articuli virtutem et efficaciam confertur homini credenti intellectus per lumen sapientie radiosa illustratio. Quod relucet in tribus designatis in tribus periculis huius articuli pater fidelis anime in deum subleuatio in Iesum Christum filium dei in mente generatione filium eius diuine largitatis conuincio unicum dominum nostrum. Primum pater. Nam virtute huius nominis Iesus Christus anima deuota subleuatur super omne quod est nominabile. id est super omnes creaturas. Hoc est nomen quod est super omne nomen. unde **P**ater cum dixisset Domine dominus noster quod admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. subdit. Quod est homo quod me mor es eius. omnia subiecit sub pedibus eius. Hec subiecitio omnium sub pedibus hominis non est aliud quam hominis super omnia creatura sublimatio virtute admirabilis nominis Christi Iesu. Que quidem sublimatio potest accipi tripliciter. Uno modo quantum ad nature humane dignificationem sanctam in Christo **Hebr.** ii. Non angelos apprehendit sed semen abrahe. Alio modo quantum ad creaturarum mundialium despectum ita quod anima omnem concupiscentiam et amorem temporalium subpedita uerit sicut **Apostolus Philip.** ii. Omnia arbitratus sum ut stercoza. Tertio modo quantum ad diuinorum conformationem. Tunc enim anima proprie dicitur super omnes creaturas subleuata quoniam deo fuerit perfecta unita et conformata. Et hec est sublimatio nobilissima anime pro qua ipse Christus rogauit patrem ut concederet apostolis **Iohanna.** xvi. Ego te inquit pater ut sint unum in nobis sicut et nos unum sumus. Cuius auctoritatis expositionem habes in materia de sublimatione diuina in opere h. di. Secundum patet. Cum enim deus pater incommutabiliter signat uerbum filium suum coeternum sicut lux splendet in mente rationali. Nam ubi est pater ibi generat uerbum sed est in anima sancta igitur ibi gignit filium suum. Ad hoc facit illud apostoli **Gal.** iiii. Quoni-

am estis filij dei misit deus spiritum filij sui in corda uestra clamante abba pater. et est illa actio ab effectu ad causam sed accipies deo a causa ad effectum. Et est sensus. ideo uos estis filij dei per adoptionem quia deus pater in cordibus uestris gignit filium suum per incommutabilem generationem. Sed dices contra. **S**ed ubique est deus pater ibi gignit filium. ergo etiam in ligno uel in lapide gignit cum deus sit ubique. Soluuntur aliter deus dicitur esse in ligno aliter in anima. Est in ligno per suam essentialiter presentiam sed est in anima sancta per illapsam et supernaturalem luminis infusentiam. De quo lumine dicitur in **Ps.** Signatum est super nos lumen. hoc est lumen imaginis in creatura quod respicit in mente quod mens capax dei est et eius particeps potest esse. Unde dici potest quod quodammodo mens concipit pro quanto similem imaginis impressibile ab imagine increata memoria meminit et experitur a se diuinam presentiam. intelligentiam contemplatur diuinam sapientiam voluntas amat et delectatur in diuini boni superaffluentiam. unde subdit ibidem in **ps.** Deisti letitiam in corde meo. Tertium est quod Christus enim dicitur dominus non sicut ratione sue munificentie quam importat nomen domini quasi dans munus. unde in **ps.** Dominus dabit benignitatem. unde per efficaciam huius uerbi quod dicitur Christum esse unicum dominum nostrum eum flectunt ad conuincendum nobis omnia dona celestium gratiarum. unde in fine cuiuslibet orationis in ecclesia dicimus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Ubi hec tres particule huius articuli exprimentur ut facilius petita implerentur per efficaciam trium predictorum. Et benedictionaliter in uirtute istius articuli deum orare possumus. quia eius uirtute et efficaciam nullum donum gratiarum nostre capacitati proportionatum nobis potest denegare ex quo nobis obtulit filium suum coeternum quem de secreto patris cordis generauit. unde **Apostolus ad Romanos.** viii. Qui enim proprio filio suo non peperit quo modo cum illo pariter nobis omnia donauit. Per hunc articulum introducit secundus fructus spiritus uidelicet gaudium. Huius enim fructus dulcedo et suauitas oritur ex intima uentis cum deo unione et ex mentali uerbi generatione et diuinorum donorum in mente exuberatione. Ex quibus mens dulcedorem ineffabilem experitur. Unde sibi redditur dulce et gaudiosum quicquid petimus ad honorem diuinum. Et hoc est quod dicitur in **ps.** cum dicitur Signatum est super nos lumen